

COROLLARIA.

I.

*Possibile est in plano ducere duas lineas quæ indefinitè productæ, continuo magis magisque ad invicem accedant, nunquam tamen concurrant, aut se invicem secare possunt.*

II.

*Si bini navigarent, unus continuè ab occasu versus ortum, alter vero ab ortu versus occasum; Tum sibi occurrentes hic unum diem plus, alter unum minus numeraret.*

III.

*In quocunq; loco terrarum, homines inter eundem, plus spatii capite quam pedibus absolvunt.*

IV.

*Oculus non videt, auris non audit.*

V.

*Solem ante ortum & post occasum semper videmus.*

VI.

*Datur magnitudo quam toties auxeris quoties diminueris.*

VII.

*An Canon nihil est in intellectu, quod non prius fuit in sensu verus sit? Neg.*

VIII.

*Cartesii definitio animæ humanæ per substantiam cogitantem satis bona est.*

